

## Oratio.

**C**ONCEDE nos fámulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et cörperis salúte gaudére : et gloriósa beatæ semper Virginiſ intercessióne a præsénti liberaři tristitia ſ et æterna pérſrui lætitia : Per.

## AB OCTAVA CORPORIS CHRISTI USQUE AD ADVENTUM.

Capitulum Sicut cinnamónum., Hymnus Ave maris stella., V. Ora pro nobis., pag. 878. et pag. 879; Ad Magnificat Antiphona Alma Redemptoris Mater. et Oratio Concéde nos fámulos tuos., pag. 881. et pag. 882.

## OFFICIUM QUOTIDIANUM B. MARIÆ V.

## AD VESPERAS.

Hoc Officium dicatur sine cantu.

V. Ave María grátia plena : Dóminus tecum. R. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus.

V. Deus in adjutórium meum inténde. R. Dómine ad adjuvándum me festína. Glória Patri.... Sicut erat.... Allelúa.

¶ Infra Septuagesimam, omissa Allelúa., dicatur : Laus tibi Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.

Non dicatur in hujusmodi Officio aliquid de Antiphona in principio Psalmorum.

Ps. **Dixit Dóminus.** cum ceteris de Communi unius Virginis, pag. 848.

Super Ps. Antiphona. Sancta Dei Génitrix, Virgo semper María, intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.

Capitulum.

Eccli. 24.

**S**ICUT cinnamónum et bálsamum aromatízans odórem dedi : quasi myrrha élécta dedi suavitátem odóris.